


KAIS. KÖN. HOF BIBLIOTHEK

18.788-D

ALS



>



18788-D

CAROLI A SCHREIBERS,

MUSEORUM REGIO - CAESAREO - AULICORUM EX HIST. NAT. PRAEFECTI ETC.,

COLLECTANEA

AD

FAUNAM BRASILIAE.

NOVA GENERA ET SPECIES ANIMALIUM,

A NATURAE SCRUTATORIBUS CAES. AUSTRIACIS IN BRASILIA COLLECTORUM,

DESCRIPTA ET ICONIBUS ILLUSTRATA.

FASCICULUS I.

VIENNAE.

IMPENSIS EDITORIS.

1833.

COLLECTANEA

A D

ORNITHOLOGIAM BRASILIAE.

Beyträge zur Vögelkunde Brasiliens.

Neue Arten von Blumenspechten, Colibri;

beschrieben

von

KARL VON SCHREIBERS.

WIEN.

AUF KOSTEN DES HERAUSGEBERS.

MDCCCXXXIII.

Gedruckt bey Anton Strauss's sel. Witwe.

TROCHILUS REGIS.

Tab. I. Fig. 1.

Rostrum recto, subincurvato, longissimo.

Cauda forficata, mediocri.

Pileo ex chalybeo-viridi aeneo; gula ex cupreo purpurascente, pennis longioribus, divaricatis, chalybeo-caerulescentibus subalata; dorso ex viridi aeneo; jugulo, pectore et abdomine ex viridi-aeneo chalybeoque-viridi caerulescentibus; crisso albo; remigibus fuscis; rectricibus chalybeo-viridibus.

ROSTRUM rectum, subincurvatum, longissimum, nigrum.

OCULI nigri; macula parva, plumosa, albida ad angulum posticum.

FRONS cum capistro et vertex ex chalybeo-viridi aenea, splendentia nitore metallico, certa versione fusca.

GULA cum mento cuprea, splendens nitore metallico purpurascente, versione ex purpureo nigrescens: pennis chalybeo-caerulescentibus, splendentibus nitore metallico violaceo, versione nigrescentibus, marginata et pennis talibus 4 ad 6 utrinque, longioribus, acuminatis, elevatis, divaricatis sed reclinatis et collo fere appressis subalata.

JUGULUM, pectus et abdomen ex viridi-aeneo atque chalybeo-viridi et caeruleo variegata, splendentia nitore metallico violaceo; versione fusciscentia.

CRISSUM album.

DORSUM cum sincipite et uropygio viridi-aeneum, subinauratum, nitens; versione fusciscentia.

ALAE fuscae, basi tectricibus viridi-aeneis, nitentibus; remigibus violascentibus, sericeo nitentibus, extimis longissimis, rectricibus intermediis longitudine fere aequalibus.

CAUDA mediocris, forficata; tectricibus supra viridi-aeneis, infra potius chalybeo-viridibus, nitentibus; rectricibus chalybeo-viridibus, obscurioribus, sericeo nitentibus.

PEDES fusci.

				Poll. Lin.	
LONGITUDO totalis, a rostri apice ad extremum caudae				=	5 9
corporis, a sincipite ad uropygium				=	2 —
capitis				=	— 8
rostri				=	— 16
alarum, remig. extim.				=	2 3
caudae, rectric. extim.				=	1 9
mediar.				=	1 3

DIFFERT:**Mas, tempore hyemali:**

pileo fusco; sincipite et regione supraorbitali et toto dorso viridi-aeneis; gula cinerea, pennis solitariis, violaceis submaculata, minime alata; jugulo, pectore et abdomine magis violaceis.

Mas hornotinus:

pileo fusco, subaeneo; sincipite et regione supraorbitali et toto dorso ex fusco subviridi-aeneis; gula cum jugulo ex cinereo fuscescente, non alata; pectore et abdomine ex cinereo fuscescentibus, pennis solitariis, tum viridi-aeneis tum violaceis, nitidis, splendentibus maculatis; rectricibus extimis apice albis.

FEMINA: Tab. I. Fig: 1. a.

pileo fusco, subaeneo; sincipite et regione supraorbitali et toto dorso ut in mare hornotino; gula cum jugulo ex cinerascence albida, non alata; pectore et abdomine ex cinerascence albidis, hocce, praesertim in hypochondriis, pennis solitariis, viridi-aeneis nitentibus variegato; rectricibus extimis apice albis.

FEMINA adultior:

gula, pectore et abdomine albidioribus; rectricibus tribus lateralibus apice albis.

PATRIA: Brasilia.

Species pulcherrima, distinctissima, a D^{no}. Joan. Natterer in Provinciis Goyaz et Matogrosso, 1823, 1824 detecta; affinis habitu et rostri et caudae partim conditione Ornismyae Vesper (Oiseau-Mouche Vesper, pl. 19.) Lessonii, e tribu Cynanthorum Swainsonii; cui inscribenda, nisi forte, ob colli ornamentum, propriam inter hanc et Lophornidum Lessonii tribum quasi intermediam formare, congruum censeretur.

TROCHILUS REGINAE.

Tab. I. Fig. 2.

Rostrum recto, brevi.

Cauda brevi, lata, submarginato-rotundata, plicatili, subascendente.

Fronte smaragdina; vertice cristato: crista acuminata, suberecta, ferruginea; sincipite et toto dorso viridi-aeneis, inauratis; gutture smaragdino, alato pennis longis, divaricatis, expansis, albis, apice macula marginali, magna, orbiculari, smaragdina terminatis; pectore et abdomine viridi-aeneis, fuscescentibus; crisso albedo; alis ex fusco violascentibus; cauda ferruginea, rectricibus intermediis fere totis, lateralibus margine externo ex viridi-aeneo fuscescentibus.

ROSTRUM rectum, breve, flavido-ferrugineum, apice nigrescens.

OCULI nigri.

FRONS cum capistro smaragdina, nitens, splendens, certa versione sericeo-atra.

VERTEX cristatus; crista sinciput excedente, suberecta, subacuminata, e plumis simplicibus, longitudine sensim versus sinciput accrescentibus, ferrugineis.

GULA cum jugulo smaragdina, nitens, splendens, versione sericeo-atra; alata pennis longis, divaricatis, expansis, longitudine deorsum sensim decrescentibus, sursum et extrorsum accrescentibus, latitudine sensim et parum versus apicem incrementibus, albis, apice macula marginali, magna, orbiculari, eodem modo smaragdina terminatis.

PECTUS et abdomen viridi-aeneum, fuscescens.

CRISSUM albidum.

DORSUM integrum a sincipite et cum uropygio, viridi-aeneum, inauratum; fascia transversa tenui, alba ad ortum caudae.

ALAE fuscae, basi tectricibus supra et infra viridi-aeneis; remigibus cum splendore violascente, extimis longissimis, rectricibus extimis longitudine fere aequalibus.

CAUDA brevis, lata, submarginato-rotundata, plicatilis, subascendens; rectricibus sensim versus apicem dilatatis, duabus mediis atque extimis utrinque paulisper brevioribus, ferrugineis, versione subviridi-aeneis, inauratis, nitentibus, praesertim intermediis, lateralibus margine externo tantum ex viridi-aeneo fuscescentibus.

PEDES fuscescentes.

					Poll.	Lin.
LONGITUDO totalis	.	.	.	.	=	2 11
corporis	.	.	.	.	=	1 —
capitis	.	.	.	.	=	— 6
rostri	.	.	.	.	=	— 5
alarum	.	.	.	.	=	1 6
caudae	.	.	.	.	=	1 —

PATRIA: *Brasilia*.

Specimen unicum, a D^{no} *Joan. Natterer* 1830 in provincia Matogrosso inventum accepimus.

Species pulcherrima, et quamvis, tam habitu et ornamentis quam pictura et coloribus, *Trochilo ornato* (Tab. I. Fig. a.) et magnifico (Tab. I. Fig. b.), speciebus bene notis atque Brasiliae indigenis, e tribu *Lophornidum Lessonii* valde affinis, distinctissima tamen; differt enim:

a primo, cujus plura exstant specimina in Museo caesareo, e Peru (nec ullum unquam e Brasilia) impetrata et plane inter se congruentia:

majori magnitudine;

pennis fasciculorum, i. e. alularum colli brevioribus (7 : 9 lin.) multo minus linearibus, potius apicem versus dilatatis, latioribus, hinc et maculis orbicularibus, terminantibus, smaragdinis, multo majoribus; caeterum candidissimis;

a secundo, ex quo plurima, quae nobis oblata sunt individua, a *Joan. Natterer* e Brasilia missa, sed in provinciis magis meridionalibus, scilicet Rio Janeiro et San Paulo capta, iterum perfecte inter se conveniunt:

rostro conspicue breviori (5 : 6 $\frac{1}{2}$ lin.)

pennis alularum colli admodum longioribus (7 : 5 lin.) et multo minus dilatatis, praesertim apice, maculis terminalibus perfecte et constanter orbicularibus; alulis caeterum ipsis magis cuneiformibus, fere ut in priori, pennis intermediis, praesertim superioribus, reliquas longitudine multum excedentibus et basi vel ad insertionem nusquam ferrugineis.

Iisdem quoque characteribus differt haec species ab alia, caeteroquin haud minus affini, sub nomine *Ornismyae strumariae* (Tab. I. Fig. c.) descripta et depicta a celeberrimo *Trochilidearum Monographo Lesson* (Hist. nat. des Oiseaux-Mouches, pag. 143. pl. 42), nobis autem adhucdum penitus incognita, quamvis, testante auctore, Brasiliae sit indigena et quidem a *Delalande* in sylvis ad *Paraibam* et a *Guoy* et *Gaimard*, juniore licet aetate — si quidem specimina re vera ad hanc speciem pertinent? — ad montes des *Orgues*? (in *Serra dos Orgaos*) prope Rio Janeiro reperta et ad quam — saltem in tabula synoptica specierum — ab illo allegantur tamquam Synonyma, *Trochilus magnificus Vieillot* (Dict. d'hist. nat. T. 7 p. 367 et T. 23 p. 428 et pl. 36 G. Ornitholog. Encyclop. T. 2 p. 559) atque *Temminck* (pl. col. 299 f. 2.); descriptiones atque figurae, quae, sicut illae *Colibri Helios Spix* (Aves Brasil. tab. 32 f. 2. p. 81) et *Trochili decori Lichtenstein* (Catalog Duplicat. Mus. Berol. p. 14. n. 120) plane et in minimis respondent speciminibus nostris *Trochili magnifici* veri, sat essentialiter autem discrepant ab illa specie Lessoniana, cui attribuit auctor pennas alularum colli breves, latas, rotundatas, albas et apice ex viridi-aeneo marginatas quidem (ut in *Trochilo magnifico*), ast extremo apicis margine *ex rufo fimbriatas*; dicendo: et quidem in diagnosi (l. c. p. XLI.) „collerette de plumes élargies, blanches, terminées de vert et de roux“ atque in descriptione uberiore (l. c. p. 143) „les plumes de la collerette sont d'un blanc de neige, excepté à leur extrémité, qui est délicieusement liserée de vert-doré métallique, puis *frangée de roux vif*,“ quae peculiarem ideo varietatem vel potius propriam speciem, inter *Trochilum ornatum* et *magnificum* vere intermediam, constitnere videtur.





Swallow del.

1. *Trochilus Regis. m.* 1. a. *fem.* 2. *Trochilus Reginae.*
a. *Tr. ornatus.* b. *Tr. magnificus.* c. *Tr. strumarius f.*

Engraved by J. W. H. H. H.

A N Z E I G E.

Der Herausgeber beabsichtigt, gemeinschaftlich mit den Sammlern und Entdeckern und in Verbindung mit den Herren Custoden der betreffenden Sammlungen am k. k. brasilianischen Museum, die, trotz der gehaltreichen Werke eines Prinzen von Neuwied, der königlich bayerischen Naturforscher von Spix und von Martius und so vieler neuerer Reisebeschreiber, immer noch sehr zahlreichen, neuen, zoologischen Gegenstände von der Ausbeute der kaiserlich österreichischen Naturforscher, während ihres, zum Theil noch nicht beschlossenen, Aufenthaltes in Brasilien, in zwanglosen Heften, im Formate und nach Art der Ausstattung dieses Probeheftes, und zwar, nach Beschaffenheit des Gegenstandes, in deutscher und lateinischer Sprache und mit gestochenen und lithographirten, schwarzen und colorirten Abbildungen, bekannt zu machen.

Um den Liebhabern einzelner Fächer der Zoologie die Anschaffung zu erleichtern, sollen die Hefte, welche die Gegenstände aus jeder der Hauptclassen des Thierreiches (Säugethiere, Vögel, Amphibien, Fische, Insecten und Würmer nach Linné's System) enthalten, für sich zu Kaufe stehen, und wenn deren so viele zusammengekommen, dass sie einen mässigen Band bilden, für sich als ein selbstständiges Werk abgeschlossen und mit einem eignen Titelblatte versehen werden.

Um die, vorzüglich sich zum Zweck gemachte Genauigkeit und Gleichförmigkeit in der Ausstattung des ganzen Werkes zu erzielen, hat sich der Herausgeber entschlossen, die Auflage, Druck und Abbildungen selbst zu besorgen und auf eigene Kosten zu übernehmen; in Hinsicht des Absatzes aber sieht er sich bemüssigt, die Herren Buchhändler des In- und Auslandes aufzufordern, sich damit zu befassen, worüber er die Anträge erwartet.

Die ganze Auflage eines jeden einzelnen Heftes, wie dasselbe vollendet ist, auf 150 Exemplare beschränkt, soll, gegen Ersatz der unmittelbar hier gehaltenen Auslagen, die sich nie höher als auf 120 bis 150, höchstens 200 fl. C. M. Augsb. Curr. belaufen sollen, indem jedes Heft nur einen oder zwey Bogen Text und eben so viele Tafeln enthalten darf, der übernehmenden Buchhandlung ausgefolgt werden, welcher dann die Preisbestimmung frey steht und der Absatz ganz auf eigne Gefahr überlassen bleibt.

Von diesem und der Bereitwilligkeit der Buchhandlung wird es abhängen, wie viele Hefte im Laufe eines Jahres erscheinen sollen. Den vorhandenen Materialien nach, könnten leicht zwey von jeder Classe des Thierreiches geliefert werden.

Wien, im September 1832.

Österreichische Nationalbibliothek



+Z159336707



Google

